





6 106.
THESES
MISCELLÆ INAUGURALES

QUAS
1664 1.
Deo Opt. Max. Feliciter Annuente

Ex Decreto & Autoritate

MAGNIFICÆ ET AMPLISSIMÆ FA-
CULTATIS JURIDICÆ IN ACAD.
HASSO-SCHAUMBURG.

PRÆSIDE

DN. JOHAN. MARTINO
BRANDES J.U.D.

Decretalium Prof. P. ac Facult. suæ p. t. Decano

Domino suo ac Promotore ætatem colendo

PRO LICENTIA

Summos in Utroque Jure Honores ac Privilegia DO-
CTORUM legitimè capeffendi

Publica & placida doctorum censura subicit

Adam Philipp Adschede

Waldeccus. p

Add. Apr. in Auditorio 7 Cæorum horis ante- & pomeridianis.



RINTELII, Typis PETRI LUCII.
MDC LXII.

THESE
MISCELLANEA MATHEMATICAE

Deo Geometrico

MA GINERIO ET AMBROSIO PA
GENTIS MATHESIAE

DAVIDEM MATHESIAE

De Geometrico


De Geometrico

De Geometrico

De Geometrico

De Geometrico

De Geometrico



II.



Mnium ferè Principum ac Regum potestas hodie nexu capitulationum est constricta.

I I.

Capitulatio Cæsarea juri divino non contrariatur.

I I I.

Verisimile est Capitulationis Cæsareæ originem referendam esse ad id tempus, quo Imperium coepit esse electivum.

I V.

Imperator non nisi præstito Electoribus juramento ad sceptrum Imperii admittitur, nec hic sufficit nuda promissio Imperatoria.

V.

Quantum potestatis Imperatori per Capitulationem decedit, tantum Statibus & Proceribus Imperii vice versa accedit.

De

V I.

De Cæsaris potestate non iudicandum
ex Lege Regia antiqua, sed ex fundamentali-
bus sanctionibus Imperii hodierni.

V I I.

Cura religionis & sacrorum, item defen-
sio Ecclesiæ Imperatori incumbit.

V I I I.

Hodiè Imperator non nisi consensu Prin-
cipum Electorum & Statuum Imperii Le-
ges fert universales.

I X.

Pontificii Pacificationem Religiosam ex
dissensu Papæ frustra impugnant, eamque à
Cæsare vi extortam nugantur.

X.

Pacificatio Religiosa valida erit & vires
suas exeret, usque ad totalem & legitimam
compositionem negotii Religionis.

X I.

Capitulatio Cæsarea Majestati seu abso-
lutæ potestati detrahit.

Rex

X I I.

Pax religiosa Cæsareæ Majestatis successorem quoque obligat, ita ut hic quoque eandem inviolatam observare obstrictus sit.

X I I I.

Theologorum disputationes, quæ de religionis veritate instituuntur, constitutioni religiosæ non contrariantur.

X I V.

Vacante Imperio Vicarii administrant Rempublicam, sive per mortem, sive per abdicationem Imperatoris Imperium sit vacans; idem affirmandum putamus, si Imperator sit absens.

X V.

De controversiis ex testamento ortis non rectè transigitur, nisi inspectis testamenti verbis; quamvis donationis causa liceat de controversiis ex testamento dependentibus non inspectis tabulis pacisci, litemq; gratis remittere.

X V I.

Emphyteuta non solvens canonem intra

A 3

trien-

6

triennium ipso jure cadit suo jure, nec opus
est sententia judicis.

X V I I.

Emphyteuta cessante in solutione, & Do-
mino declarationem suæ voluntatis differen-
te, fructus interim percepti pertinent ad Em-
phyteutam, non ad Dominum.

X V I I I.

Si Emphyteuta decedat pluribus heredi-
bus relictis, & unus suam canonis portionem
solvat, reliqui verò non; non tota res emphy-
teutica revertitur ad Dominum, sed tantum
portiones non solventium.

X I X.

Emphyteuta in emphyteusi seculari post
elapsum tempus moram in continenti ad e-
vitandam poenam invito Domino purga-
re nequit.

X X.

Ex causa necessitatis propter bonum pu-
blicum ut subditus bona sua justo pretio ven-
dat cogi potest.

Mul-

X X I.

Multum interest an venditio fiat ad mensuram vel quantitatem, nach dem Anschlag; an verò ad corpus, über Haupt oder durch den Bogen.

X X I I.

Cedens nomen non tenetur de eviotione aut præstare idoneum ac locupletem debitorem, tenetur tamen præstare verum debitorem cessionario.

X X I I I.

Venditores rei unius pro indiviso & in solidum de eviotione tenentur.

X X I V.

Depositarius propter impensas necessarias potest retinere depositum.

X X V.

Non præbet indistinctè justam causam donationis revocandæ supervenientia liberorum, sed restringenda est l. 8. Cod. de revoc. donat. ad solum patronum donatorem & libertum donatarium.

X X V I.

Per querelam inofficiosæ donationis non
totum



totum revocatur quod donatum est, sed pro
ea tantum parte, quâ donatio est inofficiosa,
modum scilicet legitimum excedens, & quar-
tam iis, quibus debetur, adimens.

X X V I I.

Donator propter moram in traditione rei
donatæ commissam, ad usuras non tenetur.

X X V I I I.

Solutio debiti per instrumentum penes
debitorem repertum non probatur, licet fue-
rit cancellatum.

X X I X.

Non pertinet ad Bannitos privilegium
nundinarum.

X X X.

Privilegium de non arrestandis bonis vel
personis tempore nundinarum, pertinet tan-
tummodo ad nundinas solennes & ab Impe-
ratoribus privilegiatas; quales sunt Franco-
furtenses ad Moenum, Lipsienses, Francofur-
tenses ad Oderam, Naumburgenses, & similes.

Nundinis

X X X I.

Nundinis per signum campanæ finitis,
wann der Markt außgeleitet worden/mercatores
eorumque bona quovis in loco arrestari pos-
sunt.

X X X I I.

Non sustinetur voluntas testatoris ex eo,
quod volens altera die testari morte præven-
tus id efficere non potuerit.

X X X I I I.

Blando sermone licet invitare testatorem
ut aliquem heredem instituat, neque ex eo
vitiosa redditur institutio, modò dolus blan-
dientis non intervenerit.

X X X I V.

Legatum Pastori Ecclesiæ sive Parocho
relictum, non est Legatum ad pias causas, nec
coram duobus testibus factum subsistit.

X X X V.

Parentes si in testamento jusserint filium
hereditatem post suum obitum piæ causæ re-
stituere, restituere non tenetur, si liberos re-
linquat.

B

Legatâ



X X X V I.

Legatâ paratâ pecuniâ baar Geld oder Baar-
schafft/ solam pecuniam numeratam in cistis
& loculis repertam, non etiam nomina debi-
torum, sive æs alienum, außstehende Schulden
intelligi existimamus.

X X X V I I.

Tempus conficiendi inventariï ex die
delatæ non aditæ hæreditatis currere incipit.

X X X V I I I.

Contractus innominatus per se, & non
per accidens est contractus.

X X X I X.

Advocatus in propria causa à condemna-
to in expensas ullum Advocati salarium exi-
gere nequit, nisi per modum damni & interes-
se id petere velit.

X L.

Justitiæ non litant illi Advocati, qui cum
clientibus vel consultoribus ad numerum
chartarum aut foliorum contrahunt & pa-
ciscuntur.

Matræ



X L I.

Matrimonio morte dissoluto, mulier non tenetur stare locatione per maritum defunctum in fundo dotali facta ; pariter in casu converso, si mulier fundum locaverit, eumq; postea in dotem dederit, nec maritum hac locatione per uxorem ante dotis constitutionem facta teneri verius putamus.

X L I I.

Collectas & tributa solvere tenetur locator non conductor.

X L I I I.

Ager ad culturam potest reduci, in quo servitus pascendi non nisi eo tempore, quo fruges sunt collectæ, zu offenen Zeiten und nicht in geschlossenen Feldern / est constituta.

X L I V.

De possessione dejectus ad eam recuperandam interdicto uti possidetis uti nequit.

X L V.

Interdictum unde vi, adversus singularem successorem bona fide ac justo titulo possidentem locum non habet.

B 2

Non



X L V I.

Non valent statuta opificum, quibus prohibent, ne quod unus coepit alter perficiat,
 Das was einer zugeschnitten und angefangen/der ander nicht ausarbeiten sol.

X L V I I.

Qui sciens indebitum constituit, donare intelligitur.

X L V I I I.

Minori XXV. annis Doctori Juris, si captus extra professionem juris & artium, concedenda est in integrum restitutio.

X L I X.

Tutor non potest sibi mutuo sumere pecuniam pupilli, nisi hoc faciat, vel autoritate sui contutoris, vel decreto judicis causæ cognitione interveniente.

L.

Non potest magistratus exercere jus detractionis vel gabellarum, antequam id statuto vel consuetudine vel alia ratione introductum probaverit.

L I.

Jus optionis consuetudinarium, germ.:

die

die Kühr oder KührGerechtigkeit/filio juniore in bonis paternis competens, personale est.

L I I.

Mulier prægnans, uti non potest torqueri, ita nec territione reali potest terreri.

L I I I.

Is qui monetam vilissimi valoris, puta obulos vel nummos falsos cudit, licet gravem illam l. 2. Cod. de fals. mon. poenam effugiat, pro causæ conditione tamen vel corporali vel pecuniaria poena plectitur.

L I V.

Ad torturam, rem maximi præjudicii, sine legitimis indiciis præcedentibus nequaquam convolandum. In horum autem numerum neque ex occisi cadavere profluens cruor, neque Sagarum per frigidam exploratio, neque lachrymarum retentio, neque taciturnitas & somnus in equuleo, neque maculæ sive stygmata in corpore humano reperta, per se & simpliciter sufficiens ad torturam indicium præbent.

B 3

Mulier

L V.

Mulier virum vel adolescentem rapiens,
pœnæ leg, un. Cod. de rapt. virg. non subjacet,
sed extra ordinem est castiganda.

L V I.

Filius patrem bannitum vel proscriptum
vel etiam criminis læsæ Majestatis reum im-
punè non occidit.

L V I I.

Cæterùm filius pro sui defensione, patri
vim atrocem inferenti & mortem intentanti
rectè resistit, & si aliter evadere non possit, in-
terficit.

L V I I I.

Paupertas neminem à pœna lenociniû
excusat.

L I X.

Honestâ sepulturâ non sunt privandi, qui
melancholiâ, furore, aliave animi impotentiâ
seipso occidunt.

L X.

Clericus de fructibus bonorum Ecclesia-
sticorum rectè testatur.

Bene

L X I.

Beneficium non rectè confertur illi, qui non habet animum perseverandi in statu Ecclesiastico.

L X I I.

Jure Canonico exceptio dominii notorium prædonem spoliante[m] removet.

L X I I I.

Princeps filios naturales per rescriptum legitimare non potest, ut succedant in feudis in præjudicium Agnatorum, quibus jus quæsitum est ex antiquis investituris.

L X I V.

Si Vasallus cum consensu domini feudum creditoribus suis obligaverit illud oppignorando, deinde nullis descendentes relictis decesserit, dominus ad quem feudum revertitur, tenetur satisfacere creditoribus.

L X V.

Pluribus defuncti vasalli heredibus existentibus, omnes fidelitatem jurare tenentur.

Literæ

L X V I.

Literæ investiturarum, quando sunt diversi tenoris, regulariter secundum tenorem primæ investituræ judicandum est,

L X V I I.

Valet investitura de caducitate feudi tertio facta, etiamsi vasallus possessor non consenserit, nec potest illam Dominus pendente conditione revocare.



X2615931

1077







B.I.G.

Farbkarte #13

Inches
Centimetres

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

6 106.
S
GURALES
1664 1.
Annuentē
itate
ISSIMÆ FA-
IN ACAD.
BURG.

RTINO
I.D.
æ p.t. Decano
n colendo

NTIA
c Privilegia DO.
essendi

ific
eschede
p
s - & pomeridianis.

LUCII

